



Eximio. II. doctōri domino Saluatori de peregrinis de
maidamagister Dominicus de carpanis de Neapoli ordi
nis minorum.

Vom a nobis postlauerit dominatio tua ut eā uobis
exēplaremur: quæ ab aristotele tradit litteris creditā
de nutrienda memoria disciplinā & si nobis in p̄sentiarum
multis fluctibus laborātibus onerosum eē uideat attamē il
la quæ uincit oīa caritas id redivit sue uirtute iocūdū ipse igit̄
oīa uincens amor (qui ut eius est) presto nos caritati tue red
dit obsequi & parere ab amoris ope & obsequio nostro: oēs
inuidie & liuoris apes ac detractōnis aculeos ambigat &
expellat: quæ dū ueritatis mella diffundere uidentē corda ta
mē audientiū fellea perimunt inuidia dū semen discipline
fidē ab eorum cordibus mordēdo detrudūt: His igitur sur
da aure post terga dimissis accipe caritatis nostre & nō ali
cuius doctrine munuscula quæ Aristotelis dicūt de memo
ria & reminiscētia documenta sancti doctōris Thome de
Aquino sale cōdita quorū uidelicet quom quatuor sint pri
mū ē ita notādū.

Capitulum p̄missum super documēta

Primo notādū ē q̄ in traditōe cuiuslibet documēti
p̄mo erit regula documēti trahēs: secūdo post se exē
plū: tertio aut̄ ueniet ratio. Ita. n. iubet Aristoteles in princi
pio primi de partibus aīaliū dicēs. eruditi. n. ē secūdū p̄ po
sitū & benē posse iudicare q̄ at̄ bene aut nō bene redivit cām
hæc ille q̄rto uero incidēs p̄ suscipiēdo documēto iuuamē.

Primum documētum.

Ota q̄ bonus & clarus intellectus habilē & clarā red
dit memoriā. A



Exemplum.

Otarum. n. uidetur facilior q̄ ignotorū memoria hor-
minum intelligere igitur memoranda conare.

Ratio.

Voniā cū memoria ut idem ariftoteles testatur nil
aliud sit quā firma retentio & cōseruatio rerū imagi-
nū prius ab aia p̄ceptarū quā qdē cōseruationē eloquentiæ
thefaurū latinorū oratorū princeps cicero uocat: Nō nisi p̄
tellectus manum in memoriæ archa sunt quæ qs memora-
turus est cōseruāda intellectus. n. ut cōis ethimologia sona-
re uidetur q̄si intra memoriæ lectū legēs ē. i. in regem dās
quæ saepe uoluit intelligere.

Iuuamen.

D quā rationē accipiendā sciēdū ē q̄ cōmunis sensus
noster qui prima capitis parte situs est tanq̄ silua ma-
xima ē in qua omnium rerum imagines per unū quēq̄ sen-
suum percepte relucet sicut in silua oium & arborū & plā-
tarum herbarumq̄ facies: per unum quodq̄ semen exorte-
uient ex hoc igitur chaos maximo intellectus: quasi germi-
na prima quæ dicuntur cimæ plantarum cultor suis quæq̄
post eorum cognitiōem quæ prima intellectus operatio di-
citur nectit ordinibus: quæ secunda eius operatio dicitur: &
tertio quasi deambulans per pomerium in cōclufione legit
similibus similia coaceruans: quasi in fasciculos ligna: & ca-
lato poma: quia nihil est in intellectu quin prius fuerit in sen-
su: & illa in archa memoriæ reponit: de quibus cum loquit̄
quasi de armario pomorum cibum sumens uerba perden-
tes ruminantis intellectus emittit hinc Augustinus in dialo-
colon: sicut ingenium inquit diuidendo inuestigat & inue-
nit ita memoria colligēdo custodit & quasi fōs riuiolos emit

tit memoria uerba.

Aliud adminiculum.

Ropter quid notádum est adhuc q̄ memoria ē multiplex uidelicet memoria sensitua & memoria intellectiua: est autē memoria sensitua uis quædā anime sensitue corporali unita organo corporalia, tantum apprehendens & retinens & eodem pereuntis periens. ad hoc & nunc ipsa se habens: unde Augustinus in secundo de trinitate. pos sunt inquit pecora sentire p̄ corporis sensus & ea memorie mādare. ad assuetū enim presepe reuertitur assensus. quæ q̄ dem sensitua memoria destructo organo corporali perit & ipsa q̄ patet in intellectiuo homine qui ab retentis in sensitua memoria spetiebus demū ad intellectiuā memoriā reflectitur. signū autem huius dat, Auligelius i libro de noctibus acticis loquens de democrito philosopho ut retentas species sensituias melius intelligeret se orbante.

Emoria autē intellectiua est potentia & uis quædā intellectiue anime specierū sempiternarum armariū unde Aristoteles in tertio de aia. aia inqt locus specierū ē nō tota sed intellectus idēst itellectiua memoria hinc Augustin⁹ in. xi. de trinitate memoria inqt intelligentia & uoluntas sūt una mens. hæc nec corpus ē nec in corpore uirtus: corporalia enim tātummodo memoraretur ut patet p̄ Aristotelē dicentes multi colorē esse oculū alioquin suo tātūmodo colore colorata uideret: extrahit etiā non solum species a corporalibus ut intelligibilia fiant memoranda ea sibi assimilādo: Sed etiam ab hoc & nunc quāquam ut passiuā potentia nō semper ipsa actualiter memoretur: hæc de memorie diuisione tipice dicta sufficiant.

Adminiculum duplex est.

A ii

Rimū dicitur attentio Aristoteles in.ii.de aia actōes
actiuorū sūt ipatiēte bene disposito: Aristotelis at pre
ceptor plato intimeo auidi discipuli & probi formā descri
bēs ego iquit ut probū auditorē decet sine sermōe sub scilē
tio mētem auresq; parabo:hinc Hieronimus ad Paulinum
habet inquit nescio qd latentis energie uiue uocis actus &
in aures discipuli de doctoris ore transfusa fortius sonat si
militer & delectatio cum admiratōe unde & pueri:& mol
les carne sunt boni intellectus atq; memoriæ nā pueri pri
mum iformē habentes aiam:& cām oīum ignorātes:in sciē
tiis delectant & admirant i cognoscēdis ūde & magistrorū
defēdūt honorē & statuas aspiciūt admirātes sanctorū & de
pictas eorū historias.Secūdi uero tanq̄ impotētes oīum ad
mirātur & magnificiūt sciētias:magnā.n.faciūt doctrinā &
ut iperfecti perfectōem eā acquirere delectantur:attēde igi
tur discēdis & memorandis ut magnificias ea: Aristoteles
enim dicit quedam semel.s.attente uidentes melius memo
ramur quā alia multotiēs.s.nō attēte & Salustius ubi itēder
is igeniū ualet Itē delectaret isciēdis & memorādis & ma
gnifica illa: Tulli⁹.n.bene iquit memorāmur q̄ i pueritia di
dicimus & orati⁹ quo semel ē ibuta recēs fuabit odorē Te
sta diu:& cū delectari:cōtingat cū qb⁹ cōsuetudo inest ipse
igif tecum loquere & cum scientia quasi cum sponfa iocare
multis ornata monilibus.Plato enim in academia uilla ser
pentibus circuncincta ut discipulorum animus in se reclu
sus proficeret in doctrina legebat hoc etiam communis cō
suetudo uidetur approbare scolarium qui fenestras aule stu
dii tela uelant ut aer tantummodo pro aspiciendis litteris &
non pro oculorum uagatione illuminetur.

Secundum adminiculum.

Ecnndū adminiculū dicitur moderatio apprehensō-
rum per intellectū: nō enim ualet memoria retinere
quæ intellectus capere: facilius enim est ligna icidere & liga-
re quā suppositis humeris sub tecto portare. Itē tectū nō est
capax omniū quæ in silua sunt lignorū noli igitur plura le-
gendo per intellectum capere quā quæ ualet memoria reti-
nere ne forte cessante intellectus tympano & psalterio. In in-
tellectione illorū cesset etiam & illorū possessio. utilius enī
uidetur transeunti & trāsuolanti prouincias & uoluptatem
in nouitate diuersarum rerū captanti diutius cōmorari, ī ali-
qua illarū acquirendo bonorū illius possessionē quā iocun-
da oculorū tantūmodo uolāte præsentia delectari: transacta
enī imagine transit oblectatio primo. Secundo uero relicta
est im̄igo simul & florū possessio. archa autē possessiōis sciē-
tie memoria primo uacua secūdo uero remanet plena.

Secundū documentum.

Ota q̄ bonus rectusq; ordo memoriā faciet bonā ha-
bilemq; & rectam.

Exemplum.

Acilius rectiusq; memoraturus quis conuiuantē fa-
miliam totam si ascendendo a seruis icipiet & grada-
tim ad patrem familias cucurrerit reuersurus ad seruos: lon-
gius enim erit iter memorie & reminiscētie in reuersiōe &
descēsu ad seruos propter quod lassā & fessā memoria ip̄m
relinquet unde Hieronymus ait de euangelista Matheo q̄
usus fuerit ordine præpostero: sed necessario cōmutato ut
generationis christi series texeretur.

Ratio ad memoranda.

Vom Augustinus decimonono de ciuitate dei dicat
q̄ ordo est parium dispariūq; rerum sua cuiq; loca tribuens

dispositio ita fiet motus memorie ad illa memoranda quem
admodum & ordinis: quapropter Cicero sensit quod oratorem
oporteret omnia scire scilicet secundum ordinem quia ars imitatur
semper concito gradu naturam.

Iuuamen.

Bi notandum est quod ordo est multiplex cuius nobis
diuisio trina sufficiat primus ordo dicitur ordo natu
re duplex existens primus dicitur uniuersalis quod factum
a Boetio dicitur in libro de philosophica consolatione quod se
cundum eundem in dicto libro nil aliud est quam dispositio mobi
lium rerum per quam diuina providentia suis quaque necit ordi
nibus sic pecudis semen ad pecudem generanda & hominis or
dinatur ad hominem & ut Ouidius primo metamorphos. ait. Astra
tenent caeleste solium formeque deorum cesserunt nitidis habitan
de piscibus unde. Terra feras capit uolucres agibilis aer.

Secundus autem particularis dicitur secundum quem natu
ta in uno quoque particulari naturaliter producendo or
dinate procedit. Nam in humano uentre ex suscepto uiri se
mine primo embrionem coagulat de quo Salon septimo capitulo
Sapientie sue ait. sum quidem & ego mortalis homo similis homi
nibus & ex genere terreno illius qui prior factus est & in ue
tre matris figuratus sum caro. decem mensium tempore coagula
tus sum in sanguine ex semine hominis ex delectamento somnii
conuenientis & cetera. Secundo quasi ex quadam massa coa
gulata incipit carnea anima scilicet sensitua illum informans pro
pter quod dominus per Ieremiam comminatur superbo israelis
populo quasi eorum. nihil eitate ostendendo dicens quasi olla
in manu figuli ita & uos in manu domini. Tertio in nobilis
simo animali homine quasi deficiens natura a domino caelestem di
uinam animam expectat propter quod dictum est quod genus ipsius

cilicet dei sumus perfectus tandē inesse hoīs hō quasi liber
& sui dominus: fractis seris materni carceris in lucē perdit.
& in potentia habens cuncta ut **D**auit oīa subiecisti & cæte
ra nullius tamen perfectus possessor linguā habens. & intel
lectum: nec fatur nec ratiocinatur propter quod illius esse
sui etas infantia nominatur. secunda pueritia. tertia adolescē
tia. q̄ta iuuetus. q̄nta grauitas. sexta senectus. septia decrepi
tas ultra q̄ nihil hui⁹ uitæ expectat nisi resolutio ad mortē.

Dmemorādum igitur totum hoīem & quæ accidūt
ei secundum oēs ætates sic facilius mouebitur memo
ria ut est mota natura. ars enim præheuntem p̄sequitur na
turam & eius prora dimissa uestigio calcato naturæ proseq
tur puppim & ipsa quasi duce præheunte uelocius percurrē
dam transuolat uiam.

Ecundus ordo dicitur rationis ubi notandum est qđ
ratio uas est omnibus cælatū & floridatū uirginit⁹ ue
lut cæsum stellis. inter quas uelut diana stella refulget puri⁹
lucidiusq̄ iusticia. rōnalis enī puer indignatur bolum accipe
re apparete a quo nō ut decuit uultū ironicū aspexit. Itē con
uiuantibus uel in ecclesia conuenientibus uiris adultis ipse
non alta sed humilia elligit sibi loca unde proportio iusticie
uidetur lucere in talibus. hinc & enim ē qđ prim⁹ chori loc⁹
dat pape. secūdus cardinali. terti⁹ archiepo. quart⁹ epo. q̄ntus
Sacerdoti dignitate prædicto. sextus priuato sacerdoti. septi
mus diacono. octauus subdiacono. non⁹ acolito decim⁹ ser
uiētī i ecclesia. Itē priō ipator post quē rex ē cui succedit dux
quē seqtur marchio trahens post suos humeros comitem
cuius terga respiciēs procedit eques cuius talis sequens gra
ditur armiger post quem præsto est equi agitator illius. Itē
primus mense locus datur patri familias. **Q**uinto ex uno

latere secūdus primo genito tertius: secūdo genito ex alio la-
tere primus matris familias secūdus. prime natarū tertius. secū-
de. natarū. quārtus. suo & ancille sequenti: noscēs igitur ordinē
hūc & gradiens per illū sic iusto & recto gradu facile cuncta
memorabitur pp̄ qđ dicitur qđ gradatim rememorātes oēs sciē-
tias s̄m earū ordinē uel s̄m ordinem q̄ ipsas p̄ceperūt seu ac-
quisiuerūt facile memorātur cūctarū unde & reichoare ob-
litū in recitādo p̄cipitur puer unde Aristoteles post primū
inquit motum natus est subsequi secundus.

tertius dicitur artis ordo duos habēs fontes uidelicet in-
tellectiuū speculatiuū & intellectiuū practicū q̄ ope
& inquisitione unus cū sit multiplex nominatur.

Primus fons omnes sciētias & partes earum ordinat
unde prima scientiarum dicitur grāmatica: fundamē-
tū. n. est aliarū scientiarum postq̄ est secunda. polimita rhe-
torica & hāc sequitur dialetica & ut huic succedit phisica. Itē
prima partes ordinat nā primo ē speculatiua grāmatica &
positiua secūdo orthographia tertio ethimologia quāto dia-
sintastica. Itē primo uoluit recognoscere nomē secūdo uer-
bum. Itē primo philosophia phisicorū librum ponit. secun-
do librum de generatione & corruptione.

Secundus fons cōtinet oēs mecanicas artes & practi-
cas ordinationes ut est medicina: ars militaris & ar-
chitectura. Itē architector primū fundamētū scđo aulā. iiii.
cōclauē ordinat & tectū sup̄mū in quolibet igr̄ illorū me-
morātorū sit memorāti cognitio ordinis Aristotelis q̄ bene
iq̄t iuicē ordiata s̄t bñ sūt remiscibilia q̄ uero male graūiter.

Primum adminiculum.

Similitudo igitur primum dicitur adminiculum quæ-
rit secūdū ordines & qualitates ut si iudicis memora-

ri cōtingat Moysen populi israelitici iudicem præoculis habebis. Item lufci & cæci sinphonizantem & si ducis hominẽ aureo clipeo uel argenteo capite circũcintum ide Auerois cōmentator Aristotelis ait q̄ memorari contingit propter suum simile cuius signum apparet in reminiscentibus alicuius præteriti propter præsens simile occurrens unde aiunt modo uide cuius reminiscar propter similitudinẽ auditi uerbi uel uise rei uel modo uide cuius me facias reminisci.

Secundum adminiculum.

Contrarietas secundum dicitur adminiculum ubi notandum est q̄ quando res diuersorum ordinũ & qualitatũ essent recitande in una oratione uel in una sententia eloqnende tunc ordo subsequens debet esse cōtrarius immediate antecedenti ut si uidelicet memoranda essent libertas seruitus frigus estas diuitie paupertas pietas crudelitas iusticia impietas sic ut sunt hic nominata ordinabis non autẽ dices libertas frigus seruitus estas diuitie pietas paupertas crudelitas: grauarietur enim memoria sic inordinate procedẽs cuius ratio uidetur quia cum Boetius in libro de p̄fica consolatione dicat q̄ contraria non se cōpatiuntur ad inuicem imo iuxta se posita nullo medio motum habẽt contrarium & operationẽ ad inuicẽ contrariam. sic itaq̄ sicut motũ nullo medio ad inuicẽ habet contrariũ sic in memorãdo nullũ aliud habendo uel querendo auxiliũ mouebunt memoriã: ars enim imitatur naturam.

Tertium documentum.

Ora q̄ bona & ordinata ad unum principium memorandorum reductio ad percurrendum illa memoriã faciet expeditam.

Exemplum.

Bi notandum est q̄ est aliud principium q̄ dicit̄ gene-
ralissimū & aliud q̄ dicit̄ uniuersale. i. cōmune sed nō
ita ut primum & aliud q̄ dicitur sub principium & particula-
re hic seruādus est ordo ut traditū est in caplo de ordine igr̄
memoraturus totū & exercitiū uel regalem gerarchiā uel sa-
cerdotalē descendēdo ab imperatore uel rege uel papa inci-
piam & ad p̄ncipes militiae duces & cardinales principia cō-
munia mediata quāprimū deueniā a quibus quasi reicipiēs
descendā ad particularia principia. uidelicet centuriones ba-
rones & ep̄os: ascendēdo uero ecōtra faciēdū est. sic. n. facili-
us memorabor oēs intermedios inter papā & cardinales &
hos & ep̄os & eos q̄ sub ipsis sunt: cognitis horum dignitate
ordine & numero.

N oratione aut̄ recitāda sit tema q̄si imperator & p̄n-
cipium generalissimū diuisio prima q̄si dux & princī-
piū cōe: sub diuisio uero quasi dux & principū particulare
si aut̄ p̄ se eēt recitāda p̄lixior trifariā diuidēda est & ad p̄n-
cipia diuisionis recurrēdū est uidelicet si eēt principū orati-
onis omne hoīum genus &c. mediū at̄ cognito o ciues egre-
gii dominio hui⁹ & regno rerū exteriorū consumatio uero
orationis sermonis & profa: quom ois splēdor ornatus non
sit ab hiis quā terrena nubila parēt sed ab hiis q̄ a lucā aiā p̄-
deunt: ad ipsam refulgurātē uirtutē & ad ipsam aiā inter-
norū aciē uestrorū extollite oculorū: igitur p̄ principio me-
morare omne p̄secūdo uero cognito & p̄ tertio: quom ois
& cætera unde & poetice dictum est: scire si uis hanc rem to-
ta sit separta minuti: & alibi ut q̄busdā placet tria diuisio fiat.

Ratio.

Vom aut̄ ut testatur Aristoteles oē agens intellectua-
le intēdat finem desideratum in quo adipiscēdo spes

cōstituitur quo adeptō gaudiū operātī acqritur iuxta illud
spes q̄ differtur affligit aiā: lignū uitæ desiderium ueniens
tunc igit̄ lecius pcedet memoria ad finē memorādorū quū
& clarius & ppinquus & facilius sibi illū uiderit acquirendū
hoc aut̄ fiet in assecutione primorū principiorum. Gregori
us. n. inquit q̄ cognitio futurorum est exhibitio p̄teriorum
apprehensio. n. finis ultimi uon fiet nisi melius finibus comp̄
hensis: ubi nota q̄ ad unum finem ultimum multi interme
dii fines ordinant̄ ut ad sanitatē pocula & medulla & ad ue
nerandā caniciem pueritia atq; iuuetus: exilarata igitur me
moria percurrir usq; ad ultimum finē: post primorum adept
tionē: & spes sibi oritur de ultimo fine ad piscēdo primis ade
ptis & quasi solita futura ēt fit de fine ultimo acquirendo si
bi uictoria cæteris aliis triūphatis. itē pausādo ī finib⁹ interme
diis a quolibet surgēs ī sequētē eūdo ualidi⁹ ad currēdā uia
succincta consurget.

Primum adminiculum.

Rimum igitur adminiculū causalitas dicit̄. est. n. ipsa
recitandi. i. soluendi globi orationis initium & capit
fonsq; habens ad oēs riuulos uiam quasi causa in uirtute cō
tinens oēs effectus cā autē quæ in se est una solet esse pluriū
effectuum & quom sit breuior numero facilius est memo
riæ retinenda cāx aut̄ multæ sunt p̄ qbus cognoscēdis Ari
sto. & p̄clī legēda s̄ opa & scti doctoris: i argumētatoib⁹ ue
ro ut petit dīatio tua a nob̄ illi fieri clarū cā ē medi⁹ termin⁹
q̄ ī priā argumēti ppōne sūit unū Ari. thopicorū. iiii. i argumē
tatoib⁹ i q̄ t: oportet ppōes memorabilē scire: si at̄ cupit dīar
tio tua scire iuētōe mediū termini p̄ argumētatoē uide q̄ de
ea scripsit sctus doctor Thomas de agno. pauca. n. & breuia
cū sint facilius memoria commendabuntur.

Secundum adminiculum.

Secundum adminiculum dicitur principiorum deter-
natio ubi sciendū ē q̄ si plura nomina essent recitanda
utputa centum uel plura essent illa ad particularia principia
reducenda quinaria huius ratio ex iam dictis tradita uidet̄.
quom. n. per intellectus manum reponant̄ in archa memo-
riæ reminiscenda sicut natura quā ars imitatur quinq̄ digi-
tos manu tribuit ita uir q̄ fasciculū quē intellectus manus me-
morix tradit conuenienter fieri dicamus quinarium.

Quartum documentum.

Ota q̄ potissimum est quartum & ultimum documē-
tum quidem dicitur sepissima memoratio unde **Aris-**
tototeles meditationes inquit memoriam seruant.

Exemplum.

Am pueri postq̄ didicerint lectionem recitandā mag-
stro adhuc multoties illā rememorant̄ pp̄ qd̄ **Seneca**
dixit memoria nihil perdit nisi quod sæpe non respicit.

Ratio.

Vom sit cōmunis sententia philosophantium oīum
ex frequentatis actibus habitū generari: habitus aut̄
ut **Aristoteles** testatur intellectuales & scientiæ sint de diffi-
cili mobiles nō pdit memoria q̄ sæpe uiderit ad se conuersa.

Primum adminiculum.

Dminiculum primum premium dicitur. laboriosus
enī aīorū documētorū ē quom sit ergo hō finis ulti-
mus horū oīum maximū ē primū expectat suorū laborū.
oēs. n. ita sētiūt: q̄ oīs labor p̄miū optet: q̄ ē diuersū secūdū
magnitudinē & prauitatē aīorū memoratiū: rei. s. p̄miū ueri-
tatem: & uanitatē obseruantium nam homunculi extero-
rum bonorum mercedem expectant: isti semetipsos in con-
temptionem: obiiciūt: pluris enim illa quam uitam suam

faciūt & tamen illa sūt p uita hoīs & nō hoīs uita p illis: Itē
luxuriosi corporalia bona respicunt cæci isti apparēt: domi
nū. n. uite mortalium ducēq; aīum subdiderūt corporis ser
uituti quom p aīam corpus & nō p corp⁹aīa uiua sit. Isti in p
noscendis cantilenis & in memorādis gemētis amoris terre
ni singultibus ut carnalem mentē moueāt & ad carnalia de
sideria studēt quid stolidius istis qui p futuris lachrymis pre
sentes emittunt & p futuro luctu gemitus nunc dare cogū/
tur hos quidem sequitur acies tertīa magorū: lentis isti oēs
sunt aspiciēdi palpebris ut qui ad se ipsos nunq̄ propriū con
uerterūt internū nec aspectum aliorū ad se trahere ualeant
etiam externum.

Agnanimi uero eternam suorum laborum pposuere
mercedē inter quos disseminata est zinzania ut aliqui
ipsoꝝ ppriā apparētē mercedē cupiētes gloriam ipsā pdāt
alii uero in quærēda gloria ignominiā detineāt ppetuam iu
xta illud si ego gloriā meā quæro gloria mea nihil est. Sed
est pater meus qui glorificat me: quapropter apostolus ad,
monet dicēs omnia in gloriā dei facite: & iterū regi seculo
rum immortalī & inuisibili soli deo honor & gloria in secu
la seculorū amē. ipse gloria est uirtutū. & dominus nec cui
uirtutis gratiam dederit absq; gloria scilicet effectu gratiæ
uagari tandem permittet in glorium in quo cum summa
consistat felicitas cū illi preditus uirtute apparueris te ipm
puta felicem sit igitur beatitudo obiectum tuum quam ap
petūt p qua omnes laborāt: & sic semper & promptus eris
ad memorandū & memorando felix.

Secundum adminiculum.

Bstractio a meditatione rerum impertinentiū secun
dum dicitur adminiculum pluribus & enim intētus

minor est ad singula sensus & aristoteles inquit q̄ sensus ad
plura intentus ad minima minimus est hæc igitur uir huma
nissime de nutrienda atq; iuueda memoria ut uoluimus ex
preallegatorū doctorū scriptis legentes in dilectionis tue ca
lato a dominatione tua intrudenda cōtulimus iocunda igi
tur oblata manu caritas tua suscipiat pro quibus offerēdis
concito ea atq; latanti percurētes gradu ad calcē dedimus

Anno domini. M. cccclxxvi. indictioe. iiii. Die uero. xvi.
decembris Regnate Serenissimo & Illustrissimo domino
nostro. D. Ferdinādo Dei gratia rege Sicilie Hierusalem &
hungarie & cetera Reginorum uero eius Anno. xviii. Fœlici
ter amen.

Vale peritusq; in multis in istis etiā suscipe uires amē

Quatuor modis diabolus decipit hominē
1.° suadendo bonū p̄ malū.
2.° suadendo malū sub sp̄e boni.
3.° dissuadendo bonū tanq; periculū.
4.° dissuadendo malū, ut ducat ad prius

Vide Long. Theolog. in locutione cap. 27
de malitia diab. contra nos.



... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...
... et ad singulas partes ...

... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...
... Anno Domini M. ...

Valerianus ...

[Faint, illegible handwriting]

★ ★ ARMY ★ ★
MEDICAL LIBRARY
Cleveland Branch

